



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

DLXVI. Margaretha Dirkes fundirt in ihrem Testament eine Commende zum Altar Trinitatis in der Marienkirche zu Salzwedel, am 8. Oktober 1506.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

DLXVI. Margaretha Dirkes fundirt in ihrem Testamente eine Commende zum Altar Trinitatis in der Marienkirche zu Salzwedel, am 8. Oktober 1506.

— Anno — millesimo quingentesimo sexto — die Iovis, octava mensis Octobris in mei notarii — presentia — constituta honesta Margareta Dirkes, bagutta Verdenfis diocesis, — suum testamentum — fecit — in hunc modum: — Deinde de bonis suis et rebus a Deo sibi collatis aut ex industria acquisitis — assignavit — ecclesie — Marie virginis, — vnam marcā — Deinde ad honorem omnipotentis Dei — virginis Marie, sanctorum Thome apostoli et Anne matris Marie — quādam commendam ad altare sancte Trinitatis in ecclesia Marie virginis prope capellam horarum privatarum sitam — erigendam duxit, donavitque — ad eandem commendam — census et redditus annuos ac bona, videlicet unam marcā annui census apud Schultetum et villanos in Audorp pro viginti marcis summe capitalis — emptam, et duas marcas annui census super domum Hans Lemen in novo opido Soltwedel. Item unam marcā annui census in curia — Rokenfeyers in villa Wendische Boddenstede —, unam marcā — in veteri opido — Item unum medium chorum filiginis — — in Saluede — — sex modios filiginis — in Brewitze —, sex modios filiginis — in Sitenisse —. Consequenter — legavit — omnia et singula vestimenta — Ebels —. Cetera vero omnia et singula alia bona sua — voluit ad prefate commende meliorationem — conuerti. Commendam uero — commisit et assignavit — Domino Bartholdo Lange presbytero Verdenfis diocesis, ipsam quoque per eundem Dominum Bartholdum regi voluit atque gubernari, ius autem commendandi seu committendi commendam — dedit illi uel illis, cui uel quibus dictus — Bartholdus Lange committendam duxerit et assignandam. Demum — testatrix — constituit — suos ueros testamentarios — Dominum Bartholdum Lange antedictum — et Hinrich Ebels — laicum — (Es folgt der gewöhnliche Notariatsvermerk und das Genehmigungsdecret des Officials Picht).

Aus Danneil's Kirchengesch. der Stadt Salzwedel, S. 60.

DLXVII. Papst Julius II. bestell't Commissarien, welche die dem Amtenkloster entzogenen Besitzungen diesem wieder zuwenden sollen, am 10. Februar 1507.

Julius, episcopus, seruus seruorum Dei. Dilectis filiis preposito S. Sebastiani et cantori maioris Magdeburgensium ecclesiarum ac officiali Magdeburg. salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in cristo filiarum Abbatisse et Conuentus monasterii sancte Anne ordinis sancti Augustini opidi Soltwerdel Verdenfis diocesis precibus inclinati, presentium uobis auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis dicti monasterii alienata inueneritis illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ipsius monasterii legitime reuocare curetis, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Telles autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo aut unus uestrum ea nichilominus exequantur.